

Dobrogostius de Samotuty Co-
mitem Janusium Bebersteyn
cum exercitu Henrici Glogoviae
et majoris Poloniae Ducis
profligat.

45

Majoris Poloniae Baronum animos Hen-
ricus majoris Poloniae et Glogoviae a se
alienatos et sibi plurimum infensos pro-
pter nonnullorum rituum et jurium vi-
olationem intelligens, seditionem gli-
scentem dictum compresurus, Janusium
Comitem dictum Bebersteyn cum forti
exercitu non ex propriis tantummodo
sed etiam ex Germanis collecto, in ptes
majoris Poloniae transmittit. Qui cum
Castrum Kleezko primum obsidere cepisset,
Dobrogostius de Samotuty cognom-
minatus parvus de domo Natecz fi-
lius quondam Thomislai Palatini Po-
naniensis, congregato ex Polonis nota-
bili exercitu, venit contra Janusium
Bebersteyn, et congressu invito multis a-
trinque cadentibus, praefatum Janusium
Bebersteyn conflixit, et Castris ac omni-
bus spoliis suis potitus est.

Wladislaw Leltek nascitur filius
Casimirus insignis et magnus.
Secundo Kalendas Maji in oppido Kowale

Teme



Terra Kujaviensium Ducissa et Consortis Ula-
dislai Leliteli Hedwigis filium Casi-
minum enixa est, cujus ortum et nata-
lem singulari commemoratione dignum
futurum tradere a tali ratus sum. Per
illum enim ad legum Instituta abroga-
tis abusibus Poloniae redacti sumus,
et florentem atque beatum statum ejus
ope et prudentia, quae etiam in puero
relixit, sortiti. Ejus etiam cura, sum-
ptu et animo munifico Regnum Polo-
niae pulcherrimorum murorum fabrica
exornatum est.